

eius premissis vestibus induerentur. representantes nos temere. quia talibus ornatur. quoniam sicut **Iohannes ait.** Dominus sur gens de cena posuit vestimenta sua et postea alia nunquam accepit nisi sua nos vero ut dicunt plura alia quam vestimus reuestimus in missa in qua cenam ipsam imitatur. et dominus ab his qui volunt ambulare in stolis nos cauere precepit dicens. **Cauete a scribis qui volunt ambulare in stolis dicunt enim quod hoc facimus ut iustiores et excellentiores populis appareamus contra illud.** Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus. deus autem nouit corda vestra. quia quod hominibus altum est. ab hominibus est apud deum. **Error autem iste ex premissis aperitissime confutatur.** Legitur quod **Ezechielis. xliij. et xliij.** Cum ingredientur sanctuarium meum et accedent ad mensam meam ut mihi ministrarent et custodiarent ceremonias meas vestibus vestitur lineis. nec ascendit super eos quicquam laneum. Cuius egrediatur atrium exterius ad populum exuent se vestibus in quibus ministrauerunt. et non sanctificabunt populum in vestibus suis. **Et nota quod ostiarii. lectores. exorciste. et acoliti vestibus albis vestuntur. videlicet suppellicio. amictu et alba. et balteo. et angelos dei ministros. per castitatis mundiciam imitentur et in eis in carne gloriosa effecta spirituali quasi in albis vestibus sociantur.** Intra est quod pelus lineis vestibus vestitur. quia sicut linum multo labore ad eandem producit. sic necesse est per multas tribulationes ad regni gloriam peruenire. **In concilio mago tenenti statutum est quod episcopus in ordinatione sua recipiat orarium. baculum et annulum. presbiter orarium et planetam. diaconus orarium et dalmaticam. subdiaconus patenam et calicem. et cum de gradantur ea perdunt.** **Et in concilio tholetano statutum est. quod diaconus tempore oblationis tantum. scilicet quando legit euangelium utatur alba. id est dalmatica. No tandum quoque est quod vestes euangelici sacerdotis aliud designant in capite scilicet in christo aliudque figurant in membris. quantum et caput et membra sacerdotis nuncupant. ad caput dicit psalmigraphus. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchiselech. **Ad membra vero dicit apostolus.** Vos estis genus electum regale sacerdotium. **Exponenda ergo sunt eorum misteria. primo secundum quod membris. consequenter secundum quod capiti scilicet christo conueniunt. prout in quolibet capitulo distinguetur.** De ornamentis autem et palles et vestibus ecclesie vel altaris in parte prima dictum est. ubi agitur de vestibus. **Porro sex indumenta sacerdotibus et episcopis communia sunt hec. amictus. alba. zona. seu cingulum. stola. manipulus. planeta. Mouem vero pontificibus specialia sunt hec. calige. sandalia. succinctorium. tunica. dalmatica. circotece. mitra. annulus. baculus pastoralis. De quibus omnibus singulatim prosequimur. et etiam de sudario et de palleo et de coloribus quibus ecclesia in ecclesiasticis vestibus induentis et de legalibus indumentis.****

De amictu.

Primo de sex ornamentis episcopis et sacerdotibus communibus est secundum premissa dicendum.

Lotis itaque manibus. episcopus seu sacerdos celebraturus assumit amictum quo caput tegitur quem pontifex loco ephod siue superhumeralis et rationalis habet. et nunc etiam superhumeralis vocari potest significans salutem que per fidem tribuitur. De hoc apostolus ad ephes. vi. Galeam salutis assumite. significat etiam castitatem cordis et corporis. quia et renes et pectus ambit et tegit. et omnibus sacris vestibus supponitur. sed omnibus supremum quia castitas et debet esse in pectore et foris in opere. Ante in renibus stringitur. quia ibi precipue luxuria dominatur. Per amictum quoque super humeros quia circumquaque diffunditur opere fortitudo designatur. **Dumeri namque fortes sunt ad operam peragenda. iuxta illud. Patriarche iacob suppositum humerum ad portandum factus est tributis seruus. Duo vasculi siue due cordule quibus amictus ante pectus ligatur significant intentionem et finem quibus informandum est opus. ne fiat in fermento malicie et nequicie. sed in azimis sinceritatis et veritatis. Sacerdos igitur non debet occlusus existere. sed hominis operibus insudare. secundum illud apostoli ad thimo. Labora sicut bonus miles in seipso cristum laudanda tamen quorumlibet locorum habet consuetudo ut linea camisia alba aut suppellicium super communes vestes induitur priusquam amictus imponatur per quod fides que primo adesse debet significatur. **Porro amictus super os planete reuoluitur. de quo scripto. de planeta dicitur. amictu quoque collum stringitur. per quod vocis castigatio intelligitur. quoniam per collum in quo vox est usus loquendi exprimitur. Stringitur ergo collum ne in te ad linguam mendacium transire possit. Leuiter tamen cum eo pectus et fauces stringunt. prout sub te. de cingulo dicitur. **Nolo etiam caput operum ne circumquaque libere per spiciendo illicita cogitemus. Pectus seu cor eodem tegitur. quia animus sacerdotis ab ea que incumbunt debet totus esse intentus. nec debet tunc ad vanitates vel ad aliquid mundana libere meditanda distolui. **Porro amictus quo sacerdos caput obnubit. scilicet quod capiti. scilicet christo conuenit significat id quod in Apocalypsi describitur. videlicet Angelum dei fortiter descendentem de celo amictum nube. **Et in ysai. Ecce dominus ascendet super nubem candidam. veniens enim ab saluatione mundi saluator mundi dei filius. angelus magni consilij amictus est nube dum diuinitatem abscondit in carne. Nam caput viri christus. caput christi deus. **Pro ergo carnis latibulum significat sacerdotis amictus quod per illam sindonem expressius significatur. quod summus pontifex caput obducit. de qua in titulo de succinctorio dicitur. et pulchre quidem quod per calciamentum pedum hoc ipsum per amictum capitis designatur. quia diuinitas in carne latuit. et per carnem innotuit. Nam cum notus esset in iudea deus et in israhel magnum nomen eius. in ybumeam extendit calciamentum suum. et ante conspectum gentium reuelauit iusticiam suam. **Amictus etiam representat operimentum quod iudei velabant faciem christi dicentes Mathei. vi. Prophetiza nobis christe quis est qui te percussit.**************

De Alba.

Dest amictum camisiam siue albam sacerdos induit que membris corporis conuenienter aptata nihil superfluum aut dissolutum in vita sacerdotis aut in eius membris esse debere demonstrat. scdm qd legitur. **O**mnino tempore vestimenta tua sint candida. fit autē de bisso vel lino. propter quod scriptum est. **D**issinum sunt iustificatōnes sanctorum. ē autem bisso linū egipciacum. Sicut em̄ bisso vel linum candorem quem ex natura non habet. multis consensionibus attritū acquirat per artem sic et hominis caro mundiciā quā non obtinet per naturam per exercitia bonorū operum multis castigatōnibus macerata sortitur per grāciam. Sacerdos ergo scdm **A**postolum castiget corpus suum. et in seruitute redigat. ne forte cum alijs predicauerit ipse reprobus fiat. **H**abet autem alba capucium qd est professio castitatis. **H**abet etiam lingulam que significat linguam sacerdotale que ligat conuēntes et absoluit penitentes. **R**ursus hec vestis que in veteri sacerdotio linea vel poteris grece seu tunica talaris dicebatur stricta fuisse describitur propter spiritum seruitutis iudeorū in timore. **I**n nouo uero larga est propter spiritum adoptōnis in libertate. qua nos xp̄us liberauit. **Q**uod autem aurifrisum et gramata diuersis in locis ac varijs operibus ad decorem habet. illud insinuat qd **P**ropheta dicit in ps̄. **A**stete regina a dextris tuis in re. **U**erū. circū. varie. **R**ursus alba cingulo stringit̄ ut omnis voluptas carnalis astricta intelligatur diuine domini. **S**int lumbi vestri precincti. **M**anifeste quoq; tam albe qm etiam tunicelle conuenienter esse debent stricte non nimis laxe ut labantur. **E**t brachia nudentur habentes in summitatibus aurifrisia. ad designandum aureos torques qui brachia nuda **B**eati **M**artini missam celebrantis miraculose decenter operuerunt. prout in sexta parte sub eius festo dicitur. **P**er albam etiam qua corp⁹ a sursum vsq; ad deorsum tegitur spes que ex gratia prouenit ecclesie desursum et ex meritis ecclesie deorsum figuratur. **D**e hac **A**postolus ad Romanos. **E**pe salui facti sum⁹. quia uero vsq; ad talos descendit perseveranciam designat prout tactum ē prope finem in prohemio huius partis. **P**orro scdm qd capiti. scz xp̄o conuenit alba que est lineum uel mentū longissime distans a tunicis pelluceis que ex mortuis animalibus fiunt. quibus adam uestitus est post peccatum nouitatem uite significat. quam xp̄us et habuit et docuit et tribuit in baptismo. de q̄ dicit **A**postolus. **E**xuite ueterem hominem cū actibus suis et induite nouum qui scdm deum creatus est. **N**am et transfiguratōne resplenduit facies ei⁹ sicut sol. et uelimenta eius facta sūt alba sicut nix. **S**emper enim uelimenta christi munda fuerunt et candida quia peccatum non fecit. nec inuentus est dolus in ore eius. **H**ec etiam uelitis representat albam uelitem in qua **M**erodes illustrit christo. **L**uce. viciesimoterchio.

De zona seu cingulo.

Debet autē alba circa lumbos sacerdotis seu pontificis zona seu cingulo. quod in lege et apud grecos baltheū dicebatur p̄cingi. ne defluendo gressum impediatur. ut castitas sacerdotis per albam significata nulli⁹ incontinentiorum stimulis dissoluatur. **C**ingulum namq; continentiam significat. **U**nde **S**int lumbi vestri p̄cingi. **I**n lumbis quidem luxuria commatur. sicut dominus loquens de dyabolo manifestat. **V**irtus eius in lumbis eius. et fortitudo eius in umbilico uentris eius. **S**ane a sinistro latere pontificis ex cingulo duplex dependet succinctorium. quia duo sunt quibus castitas roboratur et sine quibus difficile conseruatur. scz oratio et ieiunium. **U**nde dominus ait. **H**oc genus demonij non eicitur nisi in oratione et ieiunio. **D**ebent ergo lumbi per continentiam p̄cingi. et p̄ abstinentiam. **U**nde **A**postolus. **S**tate succincti lumbos uestros in ueritate. **U**erum succinctorium quod uel pisama uel subcingulum uocatur. inter indumenta legalia fuisse nō legitur. quia et si legales sacerdotes acciti tempore sacrificij abstinerent. aliud tamen tempore licite uacabāt amplexibus. **H**odie autem additur cingulum. quia moderni ministri habere debent continentiam. et ideo nō solum cingi. sed etiam succingi debent. **I**deo aut duplex est succinctorium ut duplex castitas tenetur. uidelicet mentis que per cingulum significatur a parte sinistra dependet. quia potior ē castitas mentis qm corporis. et dextera pars potior est qm sinistra. **U**nde **G**reg⁹. **L**umbis p̄cingimur cum carnis luxuriā per carnis continentiam coartam⁹. **C**ingulum quoq; conuenienter continentiam designat. de subcingulo etiam dictum est in prohemio huius partis. **E**t aduerte qd pectus et fauces leniter cum amictu stringuntur. quia motus in nostra potestate non sunt. **M**elias prius clausit celum quando p̄clit qd non plueret. qm animum quando desiderabat uindictam de morte prophetarum. lingua etiam in humido sebet et in madido et facile lubricatur. **U**n̄ p̄ncipis ap̄stolorū ad uocem acille magistrum negauit. sed renes fortiter cingulo stringuntur. ut castigetur corpus. et in seruitutem redigatur et impet⁹ luxurie defrenet. **P**orro scdm qd capiti scz xp̄o conuenit zona sacerdotale significat illud qd **J**ohannes ap̄stolus ait. **C**onuersus uidi similem filio hominis p̄cingentem ad mamillas zona aurea. per zonam auream perfectam xp̄i caritas designat. quā dicit **A**postolus supereminentem sciencie caritatem xp̄i. feruentem in corde radiantem in opere. **C**uius succinctorium illud significat quod **Y**sa. xj. de xp̄o loquens p̄dixit. **E**rit iusticia cingulū lumborū eius. et fides cingulū renū ei⁹. **U**nde iust⁹ dñs iusticiā dilexit. equitatem uoluit ei⁹. **E**t fidel⁹ dñs in uer. su. et. s. i. d. su. **Q**ue sumitates ipsius due sūt ptes naturales iusticie. quā xp̄s fecit et docuit. scz qd tibi nō uis fieri alteri ne feceris. s; quecūq; uultis ut faciāt uobis homines et uos eadē facite illi. **C**ingulū ergo iusticiā significat. c⁹ duo sūt brachia sese ostringēcia. scz declinare a malo et opari bonū. **R**epresentat etiā flagellū quod pilat⁹ cecidit ihesu **J**oh. xix.

De stola.